Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Stultifera navis

Brant, Sebastian

Paris, 1498

Garulla lingua

urn:nbn:de:bsz:31-65093

Visual Library

Garrula lingua.

Oĩs natura beſtiarũ & uolucrũ & ſerpẽtũ & ceteroꝝ domanẽ & domita ſũt a natura hũana: linguá aũt null⁹ hoĩƷ domare pót. Inqetũ malum plena ueneno mortifero. ip̄a maculat torũ corpus &c. Qui cuſtodit os ſuũ cuſtodit aĩam ſuã: q aũt incõſideratus eſt ad loquẽdũ ſentiet mala.

Garrulus atqꝫ loquax qui tempore blacterat omni
Ad nauem is properet fatuam: cõſcẽdat in arcem.
Carbaſa uentus agit: fatui properate loquaces.
Sunt plures quoꝝ eſt ſumma oblectatio uitę:
Summus & affectus linguam exercere procacem.
Dum tangunt: quod nemo uolet tetigiſſe: merentur
Inuidie telum: melius tacuiſſe profecto
Qui reticere poteſt cum magno forſan honore:

puer. xiii. & .x.
pſal. cxxxix.
Eccle. ix.
Iacobi. iii.
Eccleſiaſti. V.

prouerbi. Attamen eloquitur:nec uult compeſcere fauces:
xVii. Incurrit quandoqꝫ grauis diſcrimina noxę:
digito cō/ Et caſus miſeros.melius ſtrinxiſſe labellum.
peſce la/ Reſpondet qui ſponte ſua:non ante rogatus.
bellum. Se fatuum inſulſum cunctis exponit:& offert/
Iuuenalis. Obſcenę pariter cōmiſſa pericula linguę.
Iob.xV. Sunt fatui plures qui garrulitatis iniquę
prouer. Lęticiam capiunt:& linguę gaudia uana:
xViii. Qui tamen interdum pęna plectūtur acerba.
Hieremię Multos lingua procax caſus ſufferre coegit
xViii. Anguſtos:quid enim fallax delatio prodeſt?
Oſee. Vii. Linguoſus/ſua cum fas eſt malefacta fateri:
Atqꝫ ſacerdoti culpam proferri.ſileſcit:
Nec uerbum ructare poteſt:dum pręmia cęli
Dantur:& examen miſerum de crimine fertur.
Multi prudentes & ſani forte fuiſſent:
Si ſe non proprię fędaſſent uerbere linguę
Adſit in exemplum miſeris/normāqꝫ ſalubrem
Pica Pica loquax.pullos quę garrulitate frequenti
Prodit:& ad nidum nimio clamore ſuſurrat.
Ecclesi.V. Pauca loqui:& caſtę ſeruare ſilentia linguę
puer.xxV Tutius & melius.qui reſpondere laborat
Omnibus:incurrit damnum quandoqꝫ moleſtum.
Sermo placet modicus:moderato tempore fuſus.
Eccle.iii. Virtus clara quidem eſt tutum ſeruare labellum
Rite loqui fas eſt:quod bona lingua docet.

Inuenire rem alienā & nō reddere.

Inueniens aliquid proprios quod ſeruat in uſus
Iſtud & inuentum qui putat eſſe ſuum:
Tanq̄ iuſta dei/ſinat id retinere/uoluntas
Hunc dęmon fatuum decipit atqꝫ ligat.